filium fecit illum.
Custodiuit eum ab
inimicis: et a seductori
bus tutauit illum.
Et certamen forte de
dit illi ut uinceret:
et sciret quoniam omnium
potentior est sapientia.
Hec uenditum iust
tum non dereliquit: sed
a peccatoribus liberauit eum.
Descenditque cum il
lo in foueam: et in uin
culis non dereliquit illum.
donec afferret illi scep
trum regni. et poten
tiam aduersus eos qui
eum deprimebant. Et
mendaces ostendit:
qui maculauerunt
illum. Et dedit illi

claritatem eternam:
dominus deus noster.
Secundum matheum
In illo tem tem-
pore: Dixit ihesus
discipulis suis
parabolam hanc.
Homo quidam
peregre proficiscens
uocauit seruos
suos: et tradidit
illis bona sua. Et
uni dedit quinque ta
lenta: alii autem duo:
alii uero unum. Uni
cuique secundum propriam
uirtutem: et profec
tus est statim. Abi
it autem qui quinque
talenta acceperat:
et operatus est in eis

License: public_domain – Hanover, NH, Dartmouth Library, Rauner MS 002258, Dartmouth_r – Beauvais Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-1s4x/2870/32733)